



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum illegitime nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri? 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

modo efficitur voluntarium. Non autem hoc est propter hoc quod culpa careat, quia etiam sine culpa incurritur irregularitas: & idè etiam ille qui se defendendo in aliquo casu non peccat, homicidium committens, nihilominus irregularis est.

ARTIC. V.

Vtrum illegitime nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri?

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod illegitime nati non debeant ab ordinibus suscipiendis impediri. Quia filius non debet portare iniquitatem patris. Portaret autem si propter hoc impediretur ab ordinibus suscipiendis. Ergo, &c.

¶ 2 Præterea, Magis impeditur aliquis, propter defectum proprium, quàm alienum. Sed à susceptione ordinum, propter illicitum concubitum suum non semper aliquis impeditur. Ergo nec propter illicitum concubitum patris sui.

SED contra est, quod dicitur Deut. 23. Non ingredietur mamzer, hoc est de scorto natus, in Ecclesiam Domini, usque ad decimam generationem. Ergo multo minus debet promoueri ad ordines.

RESPONDEO dicendum, quod ordinati in quadam dignitate præ alijs constituuntur: idè ex quadam honestate requiritur in eis claritas quædam, non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti: ut scilicet sint bonæ famæ, bonis moribus ornati, non publice pœnitentes. Et quia obscuratur hominis claritas ex vitiosa origine, idè etiam ex illegitimo toro nati à susceptione ordinum repelluntur, nisi cum eis dispensetur: & tanto est difficilior eorum dispensatio, quanto eorum origo est turpior.

Ad primum ergo dicendum, quod irregularitas non est pœna iniquitati debita: & idè patet, quod illegitime nati non portant iniquitatem patris ex hoc quod irregulares sunt.

Ad secundum dicendum, quod ea quæ per actum proprium committuntur, possunt per pœnitentiam ad

161

cap. 1. de multis sequent. extra de filiis presbyter.

332 QVÆST. XXXIX. ART. VI.
ad actum contrarium aboleri : non autem ea que ex
natura sunt . Et ideo non est simile de vitioso actu,
& de vitiosa origine .

ARTIC. VI.

162

Utrum propter defectum membrorum debeat aliquis impediri ?

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod propter defectum membrorum non debeat aliquis impediri. Quia afflictio non debet addi afflictio. Ergo non debet priuari ordinis gradu, propter penam corporalis defectus.

¶ 2 Præterea, Plus exigitur ad actum ordinis integritas discretionis, quam integritas corporis. Sed aliqui possunt promoueri ante annos discretionis. Ergo & cum corporis defectu.

SED contra, Tales prohibebantur à ministerio vobis legis. Ergo multo fortius debent in noua lege prohiberi. De bigamia verò dicitur * in tractatu de matrimonio.

* *infr. q. 66. de ijs in decret. lib. 1 tit. 21. art. præc. cor. vide in decre. lib. 1. tit. 20.*

RESPONDEO dicendum, quod (sicut ex dicto patet) aliquis efficitur ineptus ad susceptionem ordinum, vel propter impedimentum actus, vel propter impedimentum claritatis personæ. Et ideo patientes defectum in membris impediuntur à susceptione ordinis, si sit talis defectus, qui maculam notabilem inferat, per quem obscuretur personæ claritas, vel abscissio nasi) vel periculum in executione facere possit: aliis non impediuntur. Hæc autem integritas exigitur de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramenti. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVÆST. XL.

De his qua sunt annexa sacramento ordinis, in septem articulos diuisa.

DEinde considerandum est de his que sunt annexa sacramento ordinis.

¶ Circa hoc quaeruntur septem.
¶ Primo, utrum ordinati debeant habere coram

raff
Secun
Terti
renu
Quar
beat
Quinc
Sexto
pote
Septim
ter fi
Vtru
D pri
nati
Dominu
his qui sic
tate nudat
gam eos in
Sed ministr
bertas, Er
penit.
¶ 2 Pr
ra. Sed fig
mura Na
Cum ergo
horum di
ta non de
hoc etiam
non sunt n
ibus.
¶ 3 Præ
cur quia ca
firi altaris o
bere. Ergo
in modum o
SED con
regare est
raff